



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

Sequitur titulus de repræsentatione pœnitentium in capite Ieiunij; ad cuius euidentiam quædam prænotanda sunt, quæ mysterium hoc diligenter declarant. Notandum est ergo, quod in capite Ieiunij omnes pœnitentes conueniunt ante fores Ecclesiae, ut publicam aut sollemnem pœnitentiam suscipiant, ad quam plures conditiones requiruntur secundum iura, tempus, ut dictum est: quia in capite Ieiunij habitus, & quia in ueste religiosa & comis depositis. Persona agens, similiter quia non Clerici, similiter neque iuuenes de facili. Unde dicit August. quod iuuenibus non facile pœnitentia committenda est propter etatis fragilitatem, similiter personam, coram qua agitur; quia coram Episcopo ciuitatis & Decanis, & Archipresbyteris, & Presby-

Adfert
hoc cap.
rationes
cur in
princi-
pio Qua-
dragesi-
mæ pœni-
tentes
publicā
pœnitен-
tiam su-
scipie-
bant.

132 DE OFF. EPISC.

Presbyteris Parochiarum, in quibus manent pœnitentes: similiter mundus agendi, quia in cinere & cilio. Hæc autem omnia quomodo fiunt, & quo ordine exprimuntur, l. d. ubi dicitur, quod in capite quadragesima omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut suscep- runt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo ciuitatis sacco indui nudis pedibus, vultibus in terra dimisis, reos se esse ipso habitu & vultu protestates, ibi adesse Decani, id est, Archipresbyteri, Parochiarum & pœnitenti. um presbyteri, qui eorum conuersationem inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiā per prefatos gradus iniungere. Post hæc eos in Ecclesiam introducat Episcopus, & cum omni clero septem pœnitentiæ psalmos prostratis cum la- chrymis pro eorum absolutione de- cantet.

ui-
mo-
ili-
fi-
, l.
ua-
qui-
pe-
cli-
ta-
ul-
esse
ibi-
ref-
ti-
rfa-
in-
per-
bac-
sco-
œ-
la-
te-
et.
eantet. Tunc surgens Episcopus, scilicet ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aqua benedicta super eos spargat, cinerem prius mittat. Deinde cilicio capita eorum cooperiat, cum gemitu & crebris suspirijs denunciet eis: quod sicut Adam eiectus est de paradyso, ita ipsi pro peccatis abiiciuntur ab Ecclesia. Postea iubeat ministris, ut eos extra Ecclesiae ianuam expellant: Clerus vero prosequatur eos cum illo responsorio: In sudore vultus tui, &c. ut videntes sanctam Ecclesiam pro suis facinoribus commotam non parui pendant poenitentiam. Nulli autem Clericorum hanc agere poenitentiam conceditur, sed secundum rigorem iuris admitti ad Clerum poenitentes, his prohibentur. In sacra vero Domini cena, ut infra patebit, rursum Ecclesiae luminibus represententur.

CAP.

Gen 3.